



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena**

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

IV. Quid sint [...] disputatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

le Origenis Scholia, multum is sane errabit. Constant enim illa partim variis interpreta-  
 onibus ex Aquila, Theodotione & Symmacho depromptis; partim lectionibus variis, vel  
 re a lectionum varietatem observationibus. Neutra vero pro scholiis Origenis haberi  
 ollunt: non priores; quis enim putare possit in Tetrapla, qua Scholiis, ut dixi, succincta  
 rant, unde & ista sumta sunt, depromptas & diversis Interpretum expositionibus particulas  
 onjecisse Origenem, cum in iis plenae ipsae ac integrae interpretationes haberentur? non  
 osteriores; ut pote in quibus saepe Origenis, & alicubi etiam Constantini Imperatoris  
 nentio fiat.

Homiliae à Rufino & Hieronymo Tractatus appellantur. Apologia Pamphili à Rufino  
 conversa: *Præcipue vero per eos Tractatus, quos pene quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, quos &*  
*describentes notarij ad monumentum posteritatis iradebant.* Hieronymus adv. Vigilantium, Epist.  
 75. de Homiliis in Iob loquens, quas Hilarius verterat: *Cur Tractatus eius in Iob, inquit, de-*  
*scriptos habet? & in Praefatione ad Homiliae Origenis in Canticum: Hos duos Tractatus, quos in*  
*morem quotidiani eloquij parvulis adhuc lactantibus composuit, fideliter magis quam ornate interpreta-*  
*tatus sum: & in Prooemio Commentar. in Epist. ad Galat. Scripsit enim ille vir (Origenes) in*  
*Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum suorum librum comma-*  
*tico super explanatione ejus sermone complexit: Tractatus quoque varios, & Excerpta, quae vel sola pos-*  
*sint sufficere, composuit.* Nempe Tomos, Homiliae, & Scholia significat per quinque illa vol-  
 lumina, & Tractatus, & Commaticum sermonem, ac Excerpta. Concludat vero forsitan  
 ex hoc loco aliquis, Excerpta, & Commaticum sermonem res esse diversas: sed frustra; id  
 enim sibi vult Hieronymus, alia in decimum Stromatum librum inserta esse Scholia, alia  
 scorsum elaborata & descripta. Fallitur Erasmus cum Homiliae illas recte dici putat *Collo-*  
*quia*, non enim Origenes cum auditoribus colloquebatur, sed auditores alloquebatur; ac  
 proinde melius dicerentur *Alloquia*. In iis phaleras & oratoria pigmenta neglexit Ada-  
 mantius; planum vero, familiare, ac simplex, nec valde prolixum, quale facilius patuatur  
 Homiliae, dicendi genus persecutus est.

Tomi idem sunt quae & *ἑξ ἑκάστη* proprie dicta: nam quamvis hoc nomine affici pos-  
 sint, quaecunque interpretationis vice funguntur; atque ita non ad Tomos solum, sed &  
 ad Homiliae etiam, & Scholia referri possit ea vox, illamque Editioni nostrae, qua Tomis  
 & Homiliae constat praefixerimus; nihilominus tamen ad Tomos spectatium & proprie per-  
 tinet, iisque numquamnon in antiquis Codicibus tribuitur. Explicationum libros appel-  
 lat Rufinus in Prologo interpretationis Commentariorum Origenis in Num. In iis Ori-  
 genes Ebraica veritate stipatus, & suorum circumdatus agminibus, peregrinae interdum  
 linguae quarebat auxilia, ut tradit Hieronymus in Proem. Quæst. Ebraic. in Homiliae au-  
 tem Communem Editionem sequebatur, ut superiore Sectione notatum est.

IV. Interpretationes praeterea Origenis quasdam, *ἑρμηνεύσεις* appellatas reperio. Vtrum  
 Scholiis an Exegeticis proprie dictis vox ea tributa sit, quaerendum est. Hieronymus Scho-  
 liis manifeste tribuit Proem. in 1. Comment. Isaia: *Feruntur, inquit, & alij sub nomine ejus*  
*(Origenis) de visione visum duo ad Gratam libri, qui pseudographi putantur, & viginti quin-*  
*que Homiliae, & ἑρμηνεύσεις, quas nos Excerpta possumus appellare.* Excerpta igitur, seu *ἑρμηνεύσεις*, ea  
 sunt *ἑρμηνεύσεις*. At Philocaliae cap. 26. postquam prolixum Origenis fragmentum in Exod.  
 10. 27. prolatum est, verba haec sequentibus aliquot fragmentis praefiguntur: *ἡ πάλιν ἐν*  
*ἄλλῳ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ οἷς ἡ ἕξοδος ἑρμηνεύσεις.* Igitur *ἑρμηνεύσεις* constabant Tomis; igitur  
 quaecunque hoc Philocaliae capite fragmenta in Exodum representantur, petita sunt *ἐκ τῶν*  
*ἑρμηνεύσεων*. Ea vero neutiquam pro Scholiis haberi possunt, sed justorum Commentario-  
 rum vicem explent; ea est rerum ac verborum ubertas & copia.

Ego quidem *ἑρμηνεύσεις* generale vocabulum esse puto, quo Tomi & Scholia continentur.  
*ἑρμηνεύσεις* est, adnotare, commentarium scribere, scriptum aliquod ad aliud adicere, adscribere. *ἑρμηνεύ-*  
*σεις*, adnotatio, commentarius, quidquid ad aliud scribendo adicitur, cuiusmodi sunt Scholia, &  
 Commentarij qui ad oram librorum adtexti solent. Ita intelligendus Eusebius lib. 5. Histor.  
 cap. 20. cum *ἑρμηνεύσεις ἑρμηνεύσεων* appellat obstestationem quamdam quae ad finem libri  
 Irenaei *ἐπιθετικῶς* praeter contextum adiecta erat. Inde lux quoque alteri ejusdem Euse-  
 bij loco lib. 6. cap. 16. ubi de Hexaplis Origenis agens, deque variis quibus illa constabant  
 interpretationibus, ita scribit: *ταῦτα δὲ ἢ ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν συνταχθέντων, ἢ τῶν πρὸ αὐτοῦ  
 ἑρμηνεύσεων ἀλλήλων, καὶ ἢ ἀπὸ τῶν ἑβραίων ἑρμηνεύσεων, τὰ ἢ τῶν ἑβραίων ἑρμηνεύσεων ἢ τῶν  
 ἑβραίων ἑρμηνεύσεων.* Eri omnibus in unum ab eo collectis, & per cola divisis, ac invicem è regione appo-  
 sitis, cum Hebraei um praeterea contextum adscripsisset, exemplaria nobis Hexaplorum, uti appellari solent,  
 reliquit. Quod Eusebius *ἑρμηνεύσεων ἑρμηνεύσεων* dixit, commodius *ἑρμηνεύσεων ἑρμηνεύσεων*  
 Epiphanius nuncupavit, quasi dicas, *adjunctiones, adjectiones*. Optime quoque Nicephorus  
*ἑρμηνεύσεων* reddidit, hoc est, *descriptionem ad aliud additam*; addita enim praepositio notat  
 esse *ἑρμηνεύσεων*. Cum ergo Scholia & Commentaria, alterius scriptionis explicanda gratia

A scribi soleant, eique saepe adjungi & ad oram adtexi, propterea *σημειώσεις* recte dicta sunt: neque immerito Philocalæ textores hoc vocabulum Commentariis, Hieronymus Scholiis tribuere.

V. Communi quoque *ἑξήνηκός* titulo Tetrapla, Hexapla, & Octapla Origenis complectimur, quæ proprio vocabulo *ἰσχυρὸν βιβλίον* appellare possis. Cum enim ex variis Scripturæ conflata sint interpretationibus, in eum venire debuerunt censum, quo quacunque ad interpretandam Scripturam elaboravit Adamantius, continentur. Huc adiicit Epistolas Sixtus Senensis, quod propositas sibi circa Scripturæ illustrationem quæstiones rescribendo Origenes dissoluit. At cum alia quoque per Epistolas argumenta tractasse ipsum constat, velut cum ad Philippum Imperatorem, vel ad conjugem ipsius Severam, vel ad B Fabianum Papam fidei suæ proferendæ causâ scriberet, merito inter Syntagmata Epistolas ipsius conjiciendas censemus.

VI. Qui interpretandis Scripturis triplex *ἑξήνηκός* genus adhibuit Origenes, is triplicem ex illis sensum eruere, ac investigare consuevit; historicum, quem & literæ sensum appellant, mysticum, & moralem. Sic ille Homil. 17. in Genes. ubi agit de benedictionibus Patriarcharum: *In ipso autem corpore & serie verborum, neque benedictiones tantum, neque futurorum sels prænantatio, quantum motes vel propositum eorum, vel etiam quadam ab eis gesta notabiliter arguuntur. Quæ res nobis triplicitatim (ut in aliis fecimus) explanationis materiam subijcit, ita ut benedictiones historia locum seruent, prophetia verò mysticum atque dogmaticum, quorum correptio atque obijurgatio moralem dirigat stilum.* Quod idem in fine ejusdem Homiliæ repetit. Ab historico autem sensu ad mysticum, à mystico ad moralem sese progreditur; quamvis hunc ordinem pervertat nonnunquam, literam aliquando negligat, à morali expositione ad mysticam quandoque transeat. Quæ quoniam supra luculenter tractavimus, hæc obiter tetigisse sufficiat.

VII. Finem huic imponemus Sectioni, adducentes illud Ambrosij è libr. 5. Epist. 43. *Et si se iam quod nihil difficilius sit, quam de Apostoli lectione differere, cum ipse Origenes longe minor sit in Novo, quam in Veteri Testamento.* Cujus rei causas querenti mihi id succurrit, atate Origenis pluribus Commentariis, interpretationibus, dissertationibus, Traditionibus illustratum fuisse Testamentum Vetus, quam Novum, cujus reconditiores sententiæ per paucorum industria fuerant ad hoc tempus investigatæ; proindeque Instrumentum Vetus tractantem Adamantium majori fuisse in luce versatum, quam cum Novo explicando operam suam navaret. Huc accedit antiquæ Legis abrogatas ceremonias & iudicia enarrantem, minore periculo in allegorias excurrisse, & destruxisse literam, quam cum Christi decreta, & sanctiones Apostolorum, dogmatum suorum novitate depravaret.

## SECTIO SECUNDA.

SINGVLA ORIGENIS ΕΞΗΗΗΤΙΚΑ, QVORVM AD NOS  
PERVENIT NOTITIA, ENVMERANTVR.

E I. Enumerantur Origenis Exegetica in Pentateuchum; II. in Josue, Judices, Libros Regum, Paralipomenon, Esdra, & Iob; III. in Psalterium; IV. in Proverbia, Ecclesiasten, & Canticum; V. in majores Prophetas quatuor; VI. & in minores Duodecim; VII. item in Mattheum, Lucam, Iohannem, & Acta Apostolorum; VIII. Epistolas Pauli, & Apocalypsim.

F I. POSTQVAM varia Origenianorum Exegeticæ genera percensuimus; singulas nunc exegeticas lucubrationes enumerare decet, quarum ad nostram atatem notitia pervenit. Nam ex ingenti hac, quam diximus, scriptiorum congerie, non modo pars intercidit maxima, sed multarum etiam tituli ac nomina obsoleverunt. Quatumcunque ergo memoria aliqua in Veterum scriptis servata est, eas recensebimus sigillatim, & juxta librorum Scripturæ sacre ordinem digeremus.

Scribit Epiphanius, ex eoque Cedrenus, & Suidas, singulos Scripturæ sacre libros Origenis studio fuisse interpretatos. Auspicandum à Genesi, quam tredecim Commentariorum libris, & mysticarum Homiliarum libris duobus explicasse ipsum testatur Hieronymus apud Rufinum Inveit. libr. 2. Idem Quæst. 1. ad Damas. narrat Adamantium duodecimum & decimum tertium librum Commentariorum suorum in Genesim huic loco exponendo consecrasse: *Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* Hinc emendandus Eusebius cuius libro 6. Hist. cap. 24. hæc leguntur: *ὅτι ἡ τὸ ἑξήνηκός ἐστι τῶν ἱστοριῶν. Πάλιν δὲ ἐστὶ* Gen. 4. 14.